

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Dissertatio Theologica De Contritione, Vniversaliter Necessaria Convertendis

Halæ Magdeb.: Typis Chr. Henckelii, [1701?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862180678>

Druck Freier  Zugang



69

280

Fa-1092(69)

- Christus uirum Iacob. Ehrenfried Pfeiffer esse flos
 puer dei in monumentis christians. ~~secessas mortis christi virtutem expi~~
 Joh. Fried Wieder de contitione vnu- ~~ab omni et meritoriam regno exorsu~~
 sinter necessaria correctendo ~~honoris fortis non admens~~
 2. Georg. Christoph Delhardius de friz. ~~mortis christi virtutem expiatoriam~~
 Janes alio paraclete Joh xiiii 168. Examini christi usquequaque facultem
 Joh. d. Pengerken oratione in perico- ~~nostrum promerens~~
 num epistolicum Ter. elatioribus christi ~~litteris~~ 14. Fried Benz. Gombecke Deckelha
 Jo. Iac Quillorpus de Quakerorum chri do qua Theologia moralis est fraudanda
 si hominis in nobis naturitate ~~et~~ 15. Ernst Sennet Effenwein de pretio
 Tell. Jo. fmr. Knittel de sensu morali fru- ~~ministeria reproborum~~
 ritus sancti officina ~~fru~~
 16. Jo Steph. Mulleri Christus per ipsu
 s Socianorum placita Dens
 17. Joh. Christof Kocherri pontificum igni
 monia sanctorum et profanorum fieri purgatorius zpporum precibus extinetus
 nrum uiae et memoria Christi tijer! 18. Ernst. Fried. Wernsdorff de originibus
 nientium? obmutatio ~~follementum~~ natalis Christi ex festi
 19. Jo. Henr. Grobbardus quae sene Theolo
 gie et Num. Joannes Baptista et Maria et ~~uitate natalis iurieti~~ ~~frogetor~~
 bieipuli Christi funeral baptizati ~~antiquo Baptismi Paschatis follemni~~
 ipse Christus non baptizans et quod 20. G. Zeltner de erubia uirgine
 modo circa Baptismum invalidum ~~Tudea per frankenam docente~~
 et dubium fit veritatum ~~21. Benz Leopoldi initia religiosis~~
 21. Onofr. Uhl. Schnerdorus de Theologae ~~christianae in Bilegia ante Macellai~~
 revelatione partibus ac speciebus errati ~~primi tempora~~
 us ignoratioris ~~22. Jo. Dan Hermanni Orationis de communi~~
 22. Seckendorfius Martenborgae filior ~~letterarum studio ad~~
 praeiorum. Autentia capitis regiomoni ex iacerarum ~~philosophiam recensantibus~~
 prima Etatio. ~~23. Jo. Lud. Schaeffii Historia inuocacionis~~
 Iovis ~~24. Masareni~~
 25. Iov. Schaeffii Historia inuocacionis
 differt ab de historiq. elutieris adulterne dei pubis in nomine filii sui Iesu
 non obstante ut Joh VIII 1-11

- 33) Mich Henr. Reinhardi hylloria confit
fionis tetrapolitanae
- 34) Jo August Ernsth Emanuelli Dokum
Fahrs per saltum
- 24) Jo Dr. Wmckleri De ins quare exca
leftum Sem tecum fuit memorabilis.
- 41) Sal. Plancifius de Lueae et Iose
confessio Act 8:19-23 et Ant Iul XIX, 7
- 25) Mart. Schulze de Apollinarie Cardinelli in morte Herodis Agrippiae.
- 26) d. Gottl. Wernsdorff de commercio
angelorum cum filiabus hominum
- 27) Amian. Steger de infatuacione
ognitalis insignibus
- 28) Jo Christi Thenn Praefectionae Dei de-
monstratio
- 29) Joh. Franc. Schatius de differencia que
z inter mirabile et miraculum intercedit
- 30) d. Johann Gottl. Lomck de libellis piau
veteris et lepiae eorumque ab insul
gentis pontificiorum de ferimine
- 31) d. sic Gmel. Schröderus de libertate Deo
- 32) Joh. & Dolph Hartmanni programma
- 33) Mart. Schmeidzel de Urtatio que-
stionem an elector Saxonae Joanne
Eugnorimne Constanse ante obitum reliquo
Intra horum coetu in pontificorum
castra transfinerit regulare differentias
- 34) Just. Laurent. Wagner de Synedrio magno
- 35) Ul. Amian. Ernst Hannizi & Tochter
Defensio a barbarismis et foliosi simu
- 36) Georg. Golthofred. Kerfeli de memori
sanctorum unter Christianu
- 40) Just. Fried. Breitlingii de carissima que
Lutherum ad mynignandas indulgentias
permoverunt

DISSERTATIO THEOLOGICA

De

CONTRITIONE, VNIVERSALITER NE- CESSARIA CONVERTENDIS,

Quam

IN ALMA REGIA ET ELECTORALI
FRIDERICIANA,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. F R I D E R I C O
WILHELMO,

REGNI BORVSSIÆ ET ELECTORATVS
BRANDENBVRGICI HEREDE, &c. &c.

S V B P R A E S I D I O

JOACHIMI JVSTI BREITHAVPT,

S. TH. D. ET P. P. SEMIN. THEOL. DIRECTORIS
ET CONSIST. DVCAT. MAGDEB. CONSILIARII,

*Hospitis sui ac Preceptoris omni filialis observantie cultu
atatem de venerandi,*


IN AUDITORIO MAJORI,
ad diem XXII. Martii, ANNO MDCCI, Horis consuetis,
publico placido Examini exponit

JOHANNES FRIDERICVS WERDER,

Potsdamiensis Meso-Marchicus,
Regius & Electoralis Alumnus.

HALÆ MAGDEB. Typis Chr. Henckelii, Acad. Typogr.

2	20
3	21
4	22
5	23
6	24
7	25
8	26
9	27
10	28
11	29
12	30
13	31
14	32
15	33
16	34
17	35
18	36
19	37
20	38
21	39
22	40
23	



*ILLVSTRISSIMO ATQVE
EXCELLENTISSIMO
DOMINO,
DN. PAULO
de FVCHS,*

Serenissimi ac Potentissimi Regis Boruf-
siæ & Electoris Brandenburgici Ministro
Status Intimo, Rerum Feudalium & Ecclesiasticarum Di-
rectori, Consistorii Berolinensis Supremi Præsidi
longe gravissimo, &c.

Domino Hereditario in Malchau, Hei-
nerstorff, Fuchshöfen, &c.

*DOMINO AC PATRONO MEO
GRATIOSISSIMO,*

ANNOS BEATISSIMOS!

3	23
4	24
5	25
6	26
7	27
8	28
9	29
10	30
11	31
12	32
13	33
14	34
15	35
16	36
17	37
18	38
19	39
20	40
21	
22	
23	

ILLVSTRISSIME DOMINE,



Nter alios Christianæ Fidei
Articulos, quibus incorrupte servandis &
vindicandis Theologum operam dare ma-
xime necessarium est, in primis numeran-
di veniunt, qui circa ipsum salutis ordinem
tradendum proxime sunt occupati. Hi
etenim eandem omnino cum oculis sorti-
untur indolem, quorum aciem & minimus laedens pulvisculus
imminuere, aut plane corrumpere potest. Et vero vel mini-
ma corruptela in primariis Articulis, catenæ ad instar inter se-
& cum cæteris arctissime colligatis, admissa totum Theologiæ
Systema deformare, & infinitos errores parere solet. Cujus
rei meditatio ita in animo meo penitus insedit, ut e re Theolo-
giæ Cultoris omnino esse duxerim, Speciminis Academicis loco,
ponderosæ pariter & castæ de CONTRITIONE VNIVERSA-
LITER NECESSARIA CONVERTENDIS materiæ, quæ
primam in ordine salutis attingit partem, recte explicandæ &
defendendæ, ex publica discentium cathedra officium sustinere.

Quod vero, GRATIOSISSIME DOMINE, hunc qua-
lemcunque conatum meum ILLVSTRISSIMO NOMINE
TVO

TVO inscribere ausus sim, & hoc tempore, tot de summo Regis fastigio, quod longe Clementissimus Patriæ Pater consen dit, apud TE, Præcipuum Ejus Ministrorum Decus, congratulantium vocibus interstrepam; temeritatis alicujus notam incurrere mihi videor. Cæterum animus Tuus, meæ tenuitatibenevolentissimus, & singularis favor, quo usque hic Musas meas, in hac Alma Regia & Electorali Fridericiana, per quadriennium fere, tam aluisti, quam fovisti, prospiciens iisdem partim de Stipendio Regio & Electorali, partim etiam de subsidiis, ex facultatum Tuarum copia largissime erogatis; ille, inquam, animum meum hæsitantem atque ex fuga revocatum erigit. Accedit, quod præsentis Dissertationis meæ argumentum suavissime conspiret cum monito illo saluberrimo, ante biennium quod in patria, cum ex specialissimo Tuo favore ad privatum admirerer obsequium, inter alia dare haud dignatus es. Jubebas namque ea in Studio Theologico tractare, quæ eximio pollerent momento, & influerent in praxin Christianismi, omisis aliis mere speculativis & curiosis, quibus tempus inutiliter tereretur; ut ita mihi comparare possem *habitum prædicum*, quem genuinæ Theologiæ propriam esse inde em, omnes docent rectissime. Quod monitum, a Summo Mæcenate meo profectum, ceu pretiosissimum *κειμῆλον* nunquam non servare, meque eidem accurate conformem gerere, & annis sum, & in posterum sedulus annitar. His igitur omnibus innixus, TIBI, GRATIOSISSIME DOMINE, hasce meas Studiorum Academicorum primitias, in grati animi tesseram, offero,

3
21
23
4
25
27
6
7
29
30
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23

ro, consecro; rogoque, ut eas Tuo Summo sub Patrocinio natas, ipsi unice ut debentur, ita & TIBI vindices. Demississime nullus dubito, quin pro incredibili Tua erga industrios litterarum cultores gratia, fronte easdem serena suscipias, ut ita Musæ meæ exstimentur indies, quæ ad præstanta majora tandem aliquando enitantur. Interea TE, AVGUSTI Regis Borussiæ & Electoris Brandenburgici Oratorem ac Consultorem primarium, Deus porro impleat Spiritu Consilii & roboris, ut omnia Tua Consilia cedant in præsentissimum rei publicæ solatum, & sint ipsi Regno Borussiæ, & omnibus Serenissimi & Potentissimi Regis nostri FRIDERICI (cui Deus Regium firmet Solium!) glorioso Sceptro subjectis prævinciis salutaria. Compenset is ipse Deus innumeris *benedictionum myriadibus*, quæ summa in me munifice collata sunt beneficia! Servet TE, Præsidium afflitorum & inopum, sospitem atque incolumem, ut vivas Deo, valeas REGI, vigeas ac floreas Bonis Musisque meis diutissime! Ita precatur

ILLVSTRISSIMÆ TVÆ EXCEL-
LENTIÆ,
GRATIOSISSIME DOMINE ET PA-
TRONE MAXIME,

devotissimus Cliens

JOH. FRIDERICVS WERDER.

DECAS COROLLARIORVM A RESPON- DENTE ADDITA.

I.

Sociniani contra Scripturam statuunt, CHRISTUM sex nascendi conditione subjectum Legi fuisse. Nam ipse fuit Dominus Legis, & hanc omnem pro nobis implevit.

II.

Sustinuit Filius Dei pœnam æternæ morti *equipollentem*; & mors Christi id oratione complectitur *intensive*, quod *extensive* omnes omnium hominum cruciatus complexi essent.

III.

Exemplum imitationis in passione Christi, i. Petr. II. 21. 24. propositum est, cui respondeamus in salutis via, & in pœnitentia, & in renovatione. Sola autem Domini passio est *satisfactoria & meritoria*, nostra est tantummodo ordinis atque unionis.

IV.

Idem satisfecit judicio divino *activa* etiam obedientia loco nostrum: unde nos tamen non soluti sumus ab obedientia, sed eo magis obligati, ut perfidem, qua vera liberamur a Legis *maledictione ac coactione*, instauremus Legem vivam & stabiliamus in nobis, & sequamur Christi vestigia.

V.

Per receptam Pontificiorum Hypothesin, *concupiscentiam pravam in renatis non esse VERE & PROPRIE peccatum*, non potest non studium *renovationis*, imo tota praxis veri Christianismi, concidere & exspirare.

VI.

3	21
4	22
5	23
6	24
7	25
8	26
9	27
10	28
11	29
12	30
13	31
14	32
15	33
16	34
17	35
18	36
19	37
20	38
21	39
22	40
23	

VI.

Nec valet h̄ic, ad defendendam eorum hypothēsin,
ratio: *Concupiscentia prava non punitur in renatis, ergo non
est VERE & PROPRIE peccatum.* Nam a negato eventu pœ-
nali, ad negandum ipsius pœnæ meritum, non valet conse-
quentia.

VII.

Pontificii in Pecc. Orig. extenuando, & extollendo
Libero hominis Arbitrio, satis superque produnt, se patro-
cinari VETERI ADAMO, velut Textus Aug. Conf. Avthen-
ticus Germanicus Artic. II. emphatice pariter & significan-
tissime exprimit: *damit sie die Natur froim machen.*

VIII.

*Quantum vero peccatum extenuatur, tantum de benefi-
ciis Christi detrabitur.* Chemnit. Exam. Concil. Trident.
f. 89. b.

IX.

Patres Tridentini, Concilij Edit. Halens. p. 95. statu-
entes, fornicarios, adulteros &c. fideles adhuc esse, aperte
contradicunt Apostolo, I. Cor. VI, 10, II. excludenti illo-
rum statum a fide & regno cœlorum. Recte igitur *Apo-
logia Aug. Conf. p. 86:* *Fides non manet in his, qui obtempe-
rant cupiditatibus, nec existit cum mortali peccato.*

X.

Adulerant & pervertunt Majorum nostrorum in-
Apologia A.C. p. 87. sensum, qui verba, *in hac vita non possu-
mus legi satisfacere, quia natura carnalis non desinit, malos affe-
ctus parere, mutilant, & à sequentibus arctissime connexis,*
et si his resistit Spiritus in nobis, divellunt. Conf. Ap. A.
C. p. 57. l. 6. & Gal. V, 17.





Q. D. B. V.

DE CONTRITIONE,
VNIVERSALITER NECESSARIA
CONVERTENDIS.

I.

Dicimus, contritionem esse veros ter-
rores conscientiae, quae Deum sen-
tit irasci peccato, & dolet se pec-
casse. *Apolog. Augustanæ Confess.*
p. 165.

I.



Anc propositionem eadem Apolo-
gia interpretatur & explicat multis locis.
Postquam loc. cit. constituit duas partes
penitentiae, videlicet contritionem & fidem,
monuitque, praecidendas otiosas & infini-
tas disputationes; quando ex dilectione Dei,
quando ex timore pena doleamus: thesin
istam collocat, eamque ad declaran-
dam sic progreditur. Et hæc contritio ita sit, quando verbo Dei
arguuntur peccata, quia hæc est summa predicationis Evangelii: ar-
guere peccata, & offerre remissionem peccatorum, & justitiam pro-

A

pter

3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40

per Christum, & Spiritum Sanctum, & vitam eternam, & ut renati benefaciamus. Sic complebitur summam Evangelii Christus, cum ait Lucae ultimo: Prædicari in nomine meo penitentiam & remissionem peccatorum inter omnes gentes. Et de his terroribus loquitur Scriptura, ut Psalm. XXXVIII, 5. Quoniam iniuriae meæ supergressæ sunt caput meum, sicut onus grave gravata sunt super me, &c. Afflictus sum & humiliatus sum nimis; rugiebam a gemitu cordis mei. Et Psalm. VI, 3. Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum; Sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea, & anima mea turbata est valde. Et tu Domine usque quo? Et Esa. XXXVIII, 13. Ego dixi in dimidio dierum meorum, vadam ad portas inferni. Sperabam usque ad mane. Quasi leo sic contrivit omnia ossa mea. In his terroribus SENTIT CONSCIENTIA IRAM DEI ADVERSUS PECCATUM, que est ignota securis hominibus secundum carnem ambulantibus. Videt peccati turpitudinem, & serio dolet se peccasse, etiam fugit interim horribilem iram Dei, quia non potest eam sustinere humana natura, nisi sustentetur verbo Dei. Ita Paulus ait Gal. II, 19: Per legem legi mortuus sum. In his terroribus, inquit Apologia porro, debet conscientiis proponi Evangelium de Christo, in quo promittitur gratis remissio peccatorum per Christum. Debent igitur credere, quod propter Christum gratis remittantur ipsi peccata. Hec fides erigit, sustentat & vivificat contritos, juxta illud: Justificati ex fide pacem habemus. Hec fides consequitur remissionem peccatorum. Hec fides justificat coram Deo, ut idem locus testatur: Justificati ex fide. Hec fides ostendit discriminem inter contritionem Iude & Petri, Saulis & Davidis. Ideo Iude aut Saulis contrito non prodest, quia non accedit ad eam hec fides apprehendens remissionem peccatorum donatam propter Christum. Ideo prodest Davidis aut Petri contrito, quia ad eam fides accedit, apprehendens remissionem peccatorum donatam propter Christum. NEC PRIVS DILECTIO ADEST, QVAM SIT FACTA FIDE RECONCILIATIO. Lex enim non fit sine Christo, juxta illud: Per Christum habemus accessum ad Deum. Et hec fides paulatim crescit, & PER OMNEM VITAM LUCTATUR CUM PECCATO, ut vincat peccatum & mortem. Ceterum fidem sequitur dilectio, ut supra diximus. Et sic clare def-

VNIVERSALITER NECESSARIA CONVERTENDIS. 3

finiri potest filialis timor, talis pavor, qui cum fide coniunctus est, hoc est, ubi fides consolatur & sustentat pavidum cor. Servilis timor, ubi fides non sustentat pavidum cor.

Item p. 168, 169, &c. Paulus fere ubique, cum describit conversionem, seu renovationem, facit has duas partes: Mortificationem & Vivificationem, ut Col. II. In quo circumcisus es sis circumcisio non manu facta, videlicet expoliatione corporis peccatorum carnis. Et postea: In quo simul resuscitatus es sis per fidem efficaciae Dei. Hic due sunt partes: Altera est expoliatione corporis peccatorum. Altera est resuscitatio per fidem. Neque hec verba, mortificatio, vivificatio, expoliatione corporis peccatorum, resuscitatio, Platonice intelligi debent, de simulata mutatione; Sed mortificatio significat VERO TERRORES, QVALES SUNT MORIENTIUM, quos sustinere natura non posset, nisi erigeretur fide. Ita hic expoliationem corporis peccatorum vocat, quam nos dicimus usitate contritionem, quia IN ILLIS DOLORIBUS CONCUPISCENTIA NATURALIS EXPVRGATUR. Et vivificatio intelligi debet, non imaginatio Platonica, sed consolatio, que vere sustentat fugientem vitam in contritione. Sunt ergo hic due partes, contritio & fides. Quia enim Conscientia non potest reddi pacata, nisi fide; ideo sola fides vivificat juxta hoc dictum: Justus ex fide vivet. Et deinde in Colossensibus inquit, Christum delere Chirographum, quod per legem adversatur nobis. Hic quoque due sunt partes: Chirographum, & deletio Chirographi. Est autem Chirographum, conscientia arguens & condemnans nos. Porro lex est verbum, quod arguit & condemnat peccata. Hec igitur vox, quæ dicit, Peccavi Domine, sicut David ait, est Chirographum. Et hanc vocem impii & securi homines non emitunt serio: non enim vident, non legunt scriptam in corde sententiam legis. IN VERIS DOLORIBUS AC TERRORIBUS CERNITUR HÆC SENTENTIA. Est igitur Chirographum ipsa contritio, condemnans nos. Delere Chirographum, est tollere hanc sententiam, qua pronunciamus, fore ut damnemur, & sententiam insculpere, qua sentiamus, nos liberatos esse ab illa condemnatione. Est autem fides nova illa sententia, quæ abolerit priorem sententiam, & reddit pacem & vitam cordi. Quanquam quid opus est multa citare TESTIMONIA, cum ubique obvia sint in

3
2
23
4
26
5
27
6
28
7
29
8
30
9
31
10
32
11
33
12
34
13
35
14
36
15
16
17
18
19
20
21
22
23

DE CONTRITIONE

Scripturis? Ps. CXVIII, 18. Castigans castigavit me Dominus, & morti non tradidit me. Psalm. CXIX, 28. Defecit anima mea præ angustia, confirma me verbo tuo. Ilbi in priore membro continetur Contritio; in secundo modus clare describitur, quomodo in contritione recreemur, scilicet verbo Dei, quod offert gratiam. Id sustentat & vivificat corda. Et 1. Sam. II, 6. Dominus mortificat, & vivificat, deducit ad inferos & reducit. Horum altero significatur contritio, altero significatur fides. Et Esa. XXVIII, 21. Dominus irascitur, ut faciat opus suum. Alienū est opus ejus, ut operetur opus suum. Alienum opus Dei vocat, cum terret, quia Dei proprium opus est vivificare & consolari. Verum IDEO TERRET, inquit, UT SIT LOCUS CONSOLATIONI ET VIVIFICATIONI, quia secura corda & non sentientia iram Dei fastidiunt consolationem. Ad hunc modum solet Scriptura hec duo conjungere, terrores & consolationem; ut doceat, hec præcipua membra esse in pœnitentia, contritionem, & fidem consolantem & justificantem. Neque videmus, quomodo natura pœnitentiae clarissima & simplicius tradi possit. Hec enim sunt duo præcipua opera Dei in hominibus, perterrefacere, & justificare ac vivificare perterrefactos. IN HÆC DUO OPERA DISTRIBUTA EST UNIVERSA SCRIPTURA. Altera pars lex est, que ostendit, arguit & condemnat peccata. Altera pars Evangelium, hoc est, promissio gratie in Christo donata, & hec promissio subinde repetitur in tota Scriptura, primum tradita Adæ, postea Patriarchis, deinde à Prophetis illustrata. Postremo predicata & exhibita a Christo inter Iudeos, & ab Apostolis sparsa in totum mundum. Nam fide hujus promissionis sancti omnes justificati sunt, non propter suas attritiones vel contritiones. Et exempla ostendunt similiter has duas partes. Adam objurgatur post peccatum, & perterreficit. Hec fuit contritio. Postea promittit Deus gratiam, dicit futurum semen, quo destruetur regnum Diaboli, mors & peccatum. Ibi offert remissionem peccati. Hec sunt præcipua. Nam eti postea additur pena, tamen hac pena non meretur remissionem peccatorum. Sic David objurgatur a Nathan, & perterrefactus, inquit: Peccavi Domino. Ea est contritio. Postea audit-absolutionem: Dominus sustulit peccatum tuum; non morieris. 2. Sam. XII, 13, 14. Hec vox erigit Davidem, & fide sustentat, justificat & vivificat eum, additur & hic pena, sed hac pena non mere-

848

VNIVERSALITER NECESSARIA CONVERTENDIS. 5

tur remissionem peccatorum. Nec semper adduntur peculiares pœnae, sed HÆC DUO SEMPER EXISTERE IN POENITENTIA OPORTET, contritionem & fidem, ut Luc. VII. 38. mulier peccatrix venit ad Christum lachrymans. Per has lachrymas agnoscitur contritio. Postea audit absolutionem: Remittuntur tibi peccata. Fides tua salvam te fecit, vade in pace. Hæc est altera pars pœnitentia, fides, quæ erigit & consolatur eam. Ex his omnibus apparet piis lectoribus, nos eas partes pœnitentia ponere, quæ proprie sunt in conversione, seu regenerationem & remissionem peccati. Fructus digni & pœna sequuntur regenerationem & remissionem peccati. Ideoque has duas partes posuimus, ut magis conspici fides posset, quam in pœnitentia requirimus. Et magis intelligi potest, quid sit fides, quam prædicat Evangelium, cum opponitur contritioni ac mortificationi.

2. Ex quibus omnibus, quæ, ad mentem eo plenius capiendam, ipsa verborum serie ante oculos ponere visum est, satis intelligitur, quid Evangelica Ecclesia de Contritione, tanquam parte pœnitentia priori, sentiat, quibusque Scripturæ & rei ipsius fundamentis nitatur.

Vox *Contritionis*, spectata in abstracto, Ecclesiastica est; in concreto autem, Scripturis usitata. *Cor contritum & confractum* Ps. LI, 19. *Contriti & confracti corde* Ps. CXLVII, 3. Esa. XXXVIII, 13. LVII, 15. LXI, 1. LXVI, 2. Conf. de conturbatione anime Psalm. VI, 3. de infixis sagittis Domini Psalm. XXXVIII, 3. de tremore, excitato voce Domini. Esa. LXVI, 2. de percusione femoris & confusione. Jerem. XXXI, 19. de scissione cordis. Joël. II, 13. de cordis compunctione. 2. Sam. XXIV, 10. Act. II, 37. &c.

Quando ergo Scriptores Ecclesiastici observarunt, totam Scripturam cum Christo ad gratiam consequendam requirere pœnitentiam & fidem; pœnitentiam vero, μεγινῶς seu partititer sumtam considerantes, agnovere, in ea concurrere potissimum duo: unum πεναταρτικὸν seu prærequisitum, situm in peccatorum cognitione; alterum ἀσιδόν, seu rationem formalem, in eorundem agnitione coram tremendo judicio Dei Jer. III, 13. quæ non tam in actu notitiae, quam in sequente affectu detestationis seriatque efficacis displicantia peccatorum suique, & doloris

3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24

morsuum, consistit: hinc factum, ut juxta verbum Dei partem
Conversionis priorem optime *Contritionem* dixerint.

Quocirca etiam rectissime *Apologia* eam describit a conscientia terroribus & judicii divini sensu, de peccatis dolente. Quo ipso testatur simul, terrores illos non esse opera nostra, sed Spiritus Sancti, qui per Legem in peccatore passionem hanc efficit: ut loquitur Isag. Carpz. in A.C. & Apol. & hoc refert Rom. III, 20. conf. Luc. XXIV, 32. I. Cor. XIV, 25. Et Articuli Smalcaldici in verba Jeremie c. XXIII, 29. Verbum meum quasi malleus, conterens petras: *Hæc non est activa contritio, seu factitia, & accersita; Sed passiva contritio, conscientie cruciatus, vera cordis passio, & sensus mortis.* Sic incipit vera pœnitentia. p. 320. Ubi p. 322. pluribus docetur, quomodo factitia, & factitia cogitatio, seu imaginatio ex propriis viribus, non sit vera contritio.

Quanquam nos animadvententes, Contritionem minime actionem humanam esse, sed divinæ potius actionis & operacionum legalium receptionem, atque ideo passionem; non negamus usum legis *intransitivum*, secundum quem ipsi convertendi jubentur, scindere corda sua Joël. II, 13. querere, invocare Dominum, & pristinas vias deserere Esa. LV, 6. impuri peccatores, απαγτωλοι, miseri esse, lugere & plorare Jac. IV, 8, 9. ast tantum hoc volumus: quia contritio convertendorum sub gratia preparante non fit ex viribus fidei plene collatis, utpote quæ gratiae demum operantis sunt, verum ex oblatis modo; idcirco, quicquid a spiritu contra carnem in lucta hic profiscitur, etiamsi hæc non fiat sine motu nostræ voluntatis, sed conando, petendo, pulsando, ut B. Chemnitius loquitur de Lib. Arb. c. VII. tamen id non æque dici posse actionem hominis, atque in statu post *Justificationem*, ubi quilibet conversus vires complete datas libere in cooperando usurpat, libertatem atq; actionem vere exercens Joh. VIII, 31, 32, 36. Que ergo de gratia præveniente, preparante & operante traduntur, habent hunc sensum, quod non nostræ partes priores sint in converstone; sed quod Deus per verbum & afflatum divinum nos præveniat, movens & impellens voluntatem. Post hunc autem motum voluntatis divinitus factum voluntas humana non habet se pure passive, sed mota &

ad-

VNIVERSALITER NECESSARIA CONVERTENDIS. 7

adjuta a Spiritu Sancto, non repugnat, sed assentitur, & fit cū sey Dei. Verba sunt Chemnitii l.c. qui subnectens illustre Augustinianæ conversionis exemplum, tanquam vivam explicationem hujus Questionis, quomodo inter obscuras scintillas & tenuia principia gratia prævenientis, voluntas non sit otiosa, sed incipiat lucta carnis & Spiritus; addit monitum sequens: Debebant hæc singulis, non ex otiosis disputationibus, nec ex alienis exemplis, sed ex seriis propriæ pœnitentie exercitiis notissima esse: sed quia plerique sine ullis exercitiis fidei & invocationis vivunt, de rebus ignotis multa inextricabilia colligunt.

Cujusmodi inextricabilia omnibus modis effugiens Apologia, requirit VERO terrores conscientiaz. Nam præsertim de Contritionis Quantitate Scholastici statuebant talia: de quibus B. Lutherus in Articulis Smalcaldicis p. 322. Cum nemo sciret, ait, quanta contritio esse deberet, que coram Deo sufficeret, dicebant, se quis contritionem non haberet, eum saltem attritionem habere oportere, id est, dimidiām quasi contritionem, vel initium contritionis. Hac vocabula ipsi nec intellexerunt, nec intelligunt, minus quam ego. Et attritiore reputabatur pro contritione, venientibus ad Confessionem. Et cum quis diceret, se non posse habere contritionem, seu non dolere posse ob peccata sua (ut fieri potuit, apud ipsos, qui vanis modis nitabantur, in illico amore, aut vindictæ cupiditate, & ceteris) interrogabant, an is non optaret & cuperet dolere? Respondenti, cupere se, (quis enim, nisi ipse Diabolus, negaret se cupere?) accipiebant hoc pro contritione, & remittebant peccata propter hoc bonum ipsius opus, quod nomine contritionis ornabant. A quibus erroribus, consistentibus maxime in eo, quod dolori de peccatis proportionem ac premium certum affingerent, nec postea destitisse Pontificios, Bellarmini doctrina docet: requirentis, cum reliquis, contritionem appretiative summam; vel attritionem saltem, qua quis detestetur peccata, & doleat vel ex metu gehenæ, vel ex peccati fœditate, & imperfecto amore Dei, modo perficiatur & compleatur Sacramento pœnitentie. Bellarmin. I. I. de pœnitent. c. 15. 20. I. II. c. 18. Conf. Concil. Tridentin. editionis Halensis Antonianæ cum Notis p. 113. 114. Has tricas de Quantitate rescindit Apologia, Contritionis indolem ponens in VERO conscientia terror-

3
21
23
4
26
5
27
6
28
7
29
30
31
32
11
33
12
34
13
35
14
36
15
37
16
38
17
39
18
40
19
20
21
22
23

DE CONTRITIONE

8
roribus, h. e. doloris sensu vero, non tantum de ira Dei, sed etiam de peccatis.

Nec est, quod quis putarit: Si sensus tamen doloris verus incipiat pœnitentiam, multos ab hac detineri, quamdiu non sentiant motum ejusmodi; vel errorem inde securum, quo Augustini tempore quidam volebant, talem hominem, qui non sentiret novos motus divinitus inspiratos, non esse corripiendum, sed tantum orandum pro eo. Quemadmodum vero Augustinus posterius hoc refutavit, ita pariter & prius eodem ex fundamento diluitur. *Verbum enim docens, exhortans, corripiens &c. est medium illud, per quod Spiritus S. voluntatem prevenit.* Itaque et si Contritionis sensus nondum adest, quo pœnitentia veritas sese exserat; licebit tamen, divini Verbi medium adhibere, legisque, judicii & conscientiae rationem spiritualem scrutari, ac preceibus sequi meditationem, ut vera agnitus excitetur. Quam in sententiam Chemnitius ibidem adducit illud Augustini in Johann. Tractat. 26. *Si non traheris, ora ut traharis.* Et in Loco de Justificatione, agens de Contritionis ac fidei ordine; *Hac, inquit, nihil habent perplexitatis, & a piis mentibus in Ecclesia, quæ norunt exercitia spiritualia, pavores, consolationes, & invocationem, clare intelliguntur.* In libello autem, quem vocat Enchiridion præcipuum capitum, Contritionis veritatem ita commendat, ut affirmet, in iis motibus, quibus in contritione fides Christum circumspicit, querit, intuetur & apprehendit, desiderans, petens, credens & confidens; ipsorumque quasi analysi sive synopse, clarius naturam & praxin fidei justificantis conspicit, ut quisque possit deprehendere, an habeat veram fidem justificantem; multasque cavillationes Adversariorum ex hac distributione refutari posse. Ecquis enim dixerit fidem ejusmodi, quæ non sit sine magno agone in cordibus humanis, (ut loquitur Apologia Aug. Confess. p. 124.) esse mere speculativam, aut contritionem istam, qua compellitur homo ad Christum, non esse practicam? hæc namque eo ipso, quod non hominis actio, sed passio est, tanto magis præ se fert praxin, quanto vehementius ea ipse animus adigitur atque annititur ad Christum amplectendum ex Evangelio.

Atque

VNIVERSALITER NECESSARIA CONVERTENDIS.

Atque ut verbis maxime dilucidis exponatur, quid fugiat, quid velit Apologia, & nos cum ipsa; en! ejusdem Autor in *Examine Ordinandorum* declarat mentem suam planissime hoc partitionis modo. Duo sunt præcipui errores Papistarum de contritione. Prior est, quod dicitur: Oportere esse sufficientem (appreciative summam seu adæquatam) contritionem, cum nulla possit esse sufficiens. Et ubique crescent dolores sine consolatione & fide, ruunt homines in eternum exitium. Alter error est, manifesta contumelia contra Christum, quod fingunt, Contritionem mereri remissionem. Duobus illis erroribus præmissis ac repudiatis, instituitur quæstio, an nihilominus sit necessaria contritio; & respondeatur ibi, necessariam esse. Tandem, post probationes Biblicas, responsio hæc confirmatur ita: Necesse est igitur, aliquem verum dolorem in nobis esse, in quo cum fide erigimur, accipimus remissionem peccatorum. Nec disputandum est, an si sufficiens dolor, quia non pendet remissio ex merito, aut magnitudine doloris; sed certissimum est, nullum esse sufficientem dolorem: & cum crescit dolor sine consolatione, homo ruit in eternum exitium. Experimur autem OMNES, in vera conversione luctam ingentem esse, & non sine magno certamine apprehendi consolationem fidei, sicut inquit ille: Credo Domine, sed opem fer imbecillitati meæ. Item: Spiritus interpellat pro nobis gentibus inenarrabilibus. Item: Spiritus opitulatur infirmitati nostra.

De qua necessitate universalis pluribus adhuc agendum superest.

II.

Contritio est necessaria in vere poenitentibus, ratione ORDINIS, non respectu cuiusdam MERITI, vel MEDII, PER QUOD Deo reconciliamur. B. Joh.

B

Ger-

20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	31	32	33	34	35	36	37	38	39	40	41	42	43	44	45	46	47	48	49	50	51	52	53	54	55	56	57	58	59	60	61	62	63	64	65	66	67	68	69	70	71	72	73	74	75	76	77	78	79	80	81	82	83	84	85	86	87	88	89	90	91	92	93	94	95	96	97	98	99	100
----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	-----

*Gerhard. Confess. Cathol. Lib. II. Part.
III. art. XVI. Cap. III. th. II.*

I.

Satis multi sunt Pontificiorum, qui Contritionem statuant, esse causam & meritum remissionis peccatorum: illorumq; aliquos ipsi meritum de condigno, alios autem meritum de congruo tribuere, adducta Confessio Catholica testimoniis plurimis commonstrat. Neque est vero, quod in his refellendis multum occupemur, cum nec in Ecclesia Pontifica desint, quos commenti ejus pudeat, quique aperte negent, contritionem ullius meritum rationem sustinere. Ita Georgius Cassander ille, quem augustissimi Imperatores, Ferdinandus & Maximilianus filius, optimorum virorum judicio prater ceteros dignum invenere, qui sententiam suam de controversiis Theologicis publice propositam relinqueret; Consultationis artic. XII. scribit: *Constanter negant etiam hodie- ni Scriptores, doceri in Ecclesia, contritionem mereri remissionem peccatorum, cum constanter omnes doceant, remissionem peccatorum nullis hominum meritis obtineri, sed gratis conferri propter unicum meritum Christi.* De quare Hostiensis, *Non tamen intelligas, inquit, quod ipsa contritione peccata dimittat, sed in ipsa contritione gratia Dei donat omnia liberaliter.* Ilnde Ambrosius: *Verbum, id est; Filius Dei tollit peccata.* Et Augustinus: *Nemo tollit peccata, nisi solus Christus, qui est agnus tollens peccata mundi.* Hec Hostiensis, in summa de Pœnit. & Remiss. Et Bennius de effic. gratiæ c. 5. *Non ex ullo merito prima gratia profudit, ne de congruo quidem, quia impar est, & infinitis partibus impar peccatoris conatus & labor, ac largitas gratiæ.*

2. An sit medium efficiendæ remissionis peccatorum, seu per quod Deo reconciliamur; eodem recidit. Quocirca qui agnoscunt nobiscum, fidem esse unicum illud medium ex parte nostra, per quod promissionem de gratuita peccatorum remissione amplectimur, & justificamur coram Deo; illi hoc ipso non possunt non fateri, quod contritio in se spectata non sit medium, per quod reconciliemur. Quæ vera omnino est consequentia laudati Gerhardi, producentis e Pontificiis una cum Cassandro Georgium Wiceli-

VNIVERSALITER NECESSARIA CONVERTENDIS. II.

celum, ipsius in dicto negotio σύνεγγονο, qui in compend. de semit. antiqu. quando agit de contritionis necessitate, rationem mediū ad reconciliandum ipse transscribit Fidei, his verbis: *Recte dicitur; fide hoc beneficium accipiendum est, qua credere nos oportet, quod propter Christum nobis donetur remissio peccatorum, nempe credentibus.* Cujusmodi multo plura dicta Confessio illa Catholica affert in *Artic. de justificatione.*

3. Supereft: si nec meriti, nec mediū ad reconciliandum, functione pollet Contritio; an igitur nulla sit alia ejus necessitas, hominibus ad Deum convertendis omnibus adhärens atque imposta: quam quidem omnino esse, affirmamus.

Non jam in disputationem vocabimus, an tamen, *ut nihil est, quod possit quoquo modo allegari pro merito,* (qua verba Lutheri sunt in Ps. LI. Tom. IV. Jen. Lat. p. 382.) ita laxior saltem mediū appellatio concedi possit contritioni, non per *quod efficiatur*, id quod prorsus repudiandum est cum Gerhardo; sed *SINE QUO NON*, *ex subjecti conditione inhabili*, obtineri queat peccatorum remissio: ut vox mediū nudum ordinis & via antecessum notet, nullius vero causæ rationem habeat. Cujusmodi Mediis locum relinquunt Höppfnerus de *Justificatione Disputat.* II. Quem in sensum Joh. *Museus de Conversione Disput.* III. cap. II. docet, retractationem peccatorum, seu contritionem, se habere ad abolitionem maculae & offendæ, non ut causam meritoriam, sed ut *conditionem sine quanom.* Ubi notandum, Autorem, mentione *causa meritoria* & rejectione facta, ad fugiendam omnem ambiguitatem, noluisse quidem causam reponere; at non dubitasse, *conditione sine qua non* asserere. Neque alia vero est, quam hæc ipsa significatio, qua Balduinus in Epist. II. ad Corinth. c. VII. p. 773. observat, *Lutherum in Psalm. LI. contritionem nominare causam sine quan non justificationis*, ejusque necessarium requisitum. Ex quo loco non ducimus prætermittendam verborum ac rerum antecedentium & consequentium seriem, Tom. IV. Jen. Lat. f. 381. 382. Una, inquit Lutherus, *Justificationis causa est, scilicet meritum Christi, seu gratitudo misericordia, quam corda Spiritu Sancto accensa, fide apprebendunt.* *Quod si quis vult, numeret agnitionem peccati, tanquam causam secundam, seu ut erudit loquuntur,*

23
21
23
4
26
25
27
6
28
7
29
30
21
11
5
12
21
13
38
14
41
16
17
18
19
20
21
22
23

DE CONTRITIONE

tur, causam sine quanon; quia sic est causa, ut tamen tota res pendeat ex misericordia Dei, seu ex promissione, quod scilicet Deus promisit, se velle illorum misereri, qui agnoscunt sua peccata, & justitiam sitiunt. Alioqui si de natura peccati loquaris, etiam PECCATORI SENSITIVO, ut supra appellavimus, nihil aliud debetur secundum omnem legem & naturam, quam pœna & indignatio summa. Quod autem tales pœnam & iram effugiunt, hoc totum est misericordia Dei, qui promisit, se eos, qui sentiunt peccata & horrores judicij divini, velle refocillare gratuito remittendo peccatum. Ex intervallo autem declarationem hanc addit: Rationis particula, qua hic utitur Psalmus (Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper) non ponitur, quasi cognitio peccati sit prima causa, quæ mereatur remissionem peccatorum. Peccatum enim est peccatum, & meretur pœnam sua natura, sive agnoscas, sive non agnoscas. Sed agnitio peccati est CORREQUISITUM quoddam; quod Deus vult agnoscentibus peccata agnoscere, non agnoscentibus non vult ignoscere. Hac promissio sola causa est, & prima, media & ultima causa, b. e. totum est in justificatione.

Quam facilis proinde optimus Lutherus fuit in hoc permittendo usum terminorum technicorum, quoad citra veritatis jacturam fas sit eum concedere; tam faciles fuerimus in omittendo, non hoc tantum, a quo merito abstinetur ad evitandum sequorem sensum, sed etiam quovis alio, quo Scriptura Sacra non utitur vel ipsis verbis, vel sententiâ necessariâ & proximâ. Absit de verbis contentio, ubi est de rebus confessio!

Nec de subiecto seu hominibus aliis movemus quæstionem, quam de CONVERTENDIS, atenebris ad lucem, & e potestate, Satanæ ad Deum Act. XXVI, 18. ita consideratis, ut se exhibeant verè pœnitentes, quales Gerhardus ponit. Quanquam cæteroquin dissimulandum neutquam est, quod recte dixerunt veteres, Totam Christiani hominis vitam esse quotidianam pœnitentiam; id non recte intelligi, nisi de utroque & contritionis & fidei exercitio continuando: licet enim passionis sensus, qui in pœnitentia de operibus mortuis se exserit, in Renovationis actu non æqualis semper requiratur, permanet tamen, durante gratiâ, ejusdem affectus veritas & status adversus carnem, inserviens ipsi Spiritûs paci &

VNIVERSALITER NECESSARIA CONVERTENDIS. 13
ci & gaudio in Spiritu Sancto. Fundamentum hujus in Conversione ac Renovatione mysterii certum jam demonstrabitur, juxta illud Rom. VIII, 10. *Si Christus in vobis, corpus quidem mortuum est propter peccatum; Spiritus autem vita propter justitiam.*

Cæterum Necesitatem Ordinis Contritioni, apud vere pœnitentes seu Convertendos, cum tribuimus, una cum Gerhardo & Theologis omnibus Evangelicis, animadvertisimus observandum; quod iste ordo habitudinem prioris ad posterius præ se ferat ejusmodi, quæ fundamentum habeat, tum in mandato divinitus præscripto, tum in universo Christi mysterio, tum denique in rei ipsius, h. e. pœnitentiæ spiritualis, seu veræ Conversionis, indole atque naturâ. Unde non est, quod miremur, Lutherum dispositionis hujus rationi tantam assignare firmitatem, ut sensitivam seu passivam illam peccati agnitionem dixerit CORREQUISTUM quoddam; quod Deus vult agnoscens peccata ignoscere, non agnoscens non vult ignoscere. non causale quidem justificantis requisitum, quale fidem solam prædicarat anteâ; sed necessarium tamen, interpretante Balduino: videlicet ex Conversionis propriâ hypothesis, quæ nec meritum, nec salutis efficientiam resicit, nec quidquam aliud, nisi mandatum Dei & pœnitentiæ partium nexus intimum in homine. Quando autem hoc sensu necessaria est Contritio, necessitas isthac, Conversioni intrinseca, quam dicunt, ad omnes omnino Convertendos quin pertineat, dubitationem habere nequit.

4. Ab hac igitur Contritionis necessitate, quæ in ipsâ Pœnitentiâ inest, ut incipiamus, opera non nullum pretium erit.

(1) Ex ipsis Dei jurantis ore habemus exploratisimum, quod *Vivus ipse mortem peccatoris nolit, sed ut convertatur impius à via sua & vivat.* Ezech. XXXIII, 11. *Ne affixit quidem ex corde suo, aut tristitia (h. e. mortis ullâ specie) affecit filios viri.* Thren. III, 33. Hinc liquet necessitas doloris in pœnitentiâ haud esse à divinâ voluntate absolutâ, sed respectivâ; respiciente ad hypothesis & statum in homine convertendo, cui aliter salus ordinatè conferri nequeat. Neque enim est dubium, quin, quemadmodum in naturâ mortis loco aliquibus contingat immutatio,

B 3

I. Cor

3
21
23
4
26
5
27
6
28
7
29
8
30
9
31
10
32
11
33
12
34
13
35
14
36
15
37
16
38
17
39
18
19
20
21
22
23

1. Cor. XV, 51. ita in grecie regno, si vellet Deus, efficacitate quādam extroordinaria posset impium sine doloris sensu repente sic immutare, ut totus statim à peccato liberatus, fructuum Evangelicorum plenus redderetur. Quod autem nolit gratia divina cum hominibus agere per ejusmodi subitum entusiasmum, vitamque hoc modo iis suam donare, verū isto ordine, ut se convertant; id tanquam justitiae aeternae congruum, ex superioribus Prophetæ verbis apparet. Nec vero nos de viis extraordinariis, sed de unicā ordinariā, ad quam vocantur omnes, agimus: in quā quod triste in poenitentiam incidit, non ipso Dei ex corde, i. e. non ex primā ipsius intentione, quā non nisi vitam & gaudium in Spiritu Sancto velle potest; sed ex secundā quādam, sequente humani generis depravationem, cui justitia haud aliter consulendum prævidit ac decreuit, proficiuntur. Quod decretum quamvis secundarium sit, non minus tamen illius ordo est necessarius, veluti voluntas divinae mentis; licet non antecedenter sic affecta, certè assumtae ac definitæ ex necessitate, quod humana ita ferret conditio.

(2) Hanc porrò ut patefaciamus, ne videamur aetum agere, non tam nostris, quam aliorum verbis utemur. Nemo negaverit, ad Conversionis negotium requiri peccatorum certā retractationem, pristinæ ratificationi, ut loquuntur, oppositam. Ad eam recte constituendam quæ pertineant, clarissime exponit Job. Musæus de Conversione Disp. III. c. I. ubi postquam praeter cætera demonstravit, peccatorum agnitionem versari non modò in judicio speculativo, sed apprimè quoque practico; neque hoc sufficere, idem observat: pergens p. 134. &c. nisi voluntati etiam displicere peccata incipient, nusquam pertinget quis eò, ut serio & ex animo ea retrahet, sed ab illis avertat, sed contrà perseverabit in illis, & perget peccare refracti, & a molum illorum, qui jure Dei agnito, quod qui talia faciunt, digni sint morte, non resum ea faciunt, sed etiam facientibus applaudunt. Rom. I. 32. Cum vero DISPLICENTIA detur duplex: una, SIMPLEX, qua secundum aliquam rationem mali cognitam voluntati quipiam displicet, sine intentione illud fugiendi: alia EFFICAX, quā res cognita tanquam mala ita dis-

pli-

VNIVERSALITER NECESSARIA CONVERTENDIS. 15

plicet voluntati, ut simul illam fugere intendat: sciendum est, quod ad peccatorum retractationem non quævis illorum displicantia sufficiat, sed DISPLICENTIA EFFICAX requiratur, sive DISPLICENTIA cum intentione ea fugiendi conjuncta, quæ scil. peccata prorsus aver-samur, ita quidem, ut non solum quæ commisimus, si fieri posset, redde-re vellemus infecta, sed etiam ab aliis similibus deinceps patrandis ab-horreamus, quam alias specialiter DETESTATIONEM appellant. Quod cùm ex natura retractationis moralis patet, que indubie impor-tat voluntatis actum efficacem, quod quæ semel placueré, postea non solum secundum se displicere incipiunt, sed etiam ea, quoad fieri potest, irrita reddere intendimus; tum etiam ex ipsis conversionis appellatio-nibus, quarum nonnullæ, cum primis verba □□□, usitauéndas & Latinum POENITERE, talem quandam efficacem displicantiam formaliter in suo significatu includunt, ut Disp. I. fuisse fuit ostensum. Quod pertinet phrasis: AVERTERE SE AB ADMISSIS PECCATIS; quæ Scripturæ ad retractationem peccatorum significandam passim locorum utuntur. Quid enim aliud est, ab admisis peccatis sese aver-tere, quam ea aversari, detestari, atque, ne similia deinceps admittas, cavere? Per DISPLICENTIAM efficacem sive detestationem seriam desinunt peccata esse voluntaria, & induunt rationem & naturam actionum invitarum. Invitas autem actiones comitatur DOLOR, sive TRISTITIA quedam ANIMI, nexus ita INDIVIDUO, ut si quæ per ignorantiam fecerimus, nec tamen postea talia nos fecisse doleamus, actiones ob non secutum dolorem in invitatis habendas esse, neget Philoso-phus III. Nic. c. I. Atq; hinc peccata etiam, postquam agnita sunt, & dis-plicere incipiunt, consequi solet talis aliquis DOLOR, qui plerumque eo est gravior, quo penitus peccator sua peccata cognoscit, & quam fa-da sint, quam graviter Deum offendant, quas item pœnas cum in hac tunc in altera vita luendas secum trahant, intelligit. Est enim dolor quedam PASSIO, PERTURBATIO ET INQUIETUDO ANIMI, EX AP-PREHENSIONE MALI PRÆSENTIS, OBORTA; quæ tum imprimis ve-hemens esse solet, cum ratio mali in obiecto multiplex distincte & accu-rate apprehensa & cognita est. Sub dolore de peccatis admisis comprehendimus etiam conscientie morsus at pavores, qui agnitionem ac dete-stationem peccatorum conseqvuntur: de quibus sèpe Davidem & alios sanctos

3
21
23
4
26
5
27
6
28
7
29
30
31
32
11
33
12
34
13
35
14
36
15
16
17
18
19
20
21
22
23

sanctos, postquam peccata patrata & agnita displicere cœperunt, graviter conuestos esse, passim memorant Scripturæ v.g. Psalm. XXXVIII, 4. seqq. legimus, Dauidem conuestum esse & dixisse: Non est integritas in carnem mea propter detestationem tuam: non est pax in osibus meis propter peccatum meum. Nam iniuriantes mee transcedunt caput meum, ut onus graue; grauiores sunt, quam perferre queam. Distorqueor, incuruor valde, tota die atratus pergo; quia ilia mea plena sunt vilitate, adeo ut non sit ulla integritas in carne mea. Debilitatus & attritus sum perualde, rugio pre fremitu animi mei. Conf. Psalm. VI, 3. seqq. Psalm. XXXII, 3. sequ. Psalm. XXXVIII, 17. sequ. & alibi. Ita ergo ad peccatorum RETRACTATIONEM tria in uniuersum requiruntur: unum est peccatorum AGNITIO; alterum, illorum DISPLICENTIA & DETESTATIO; & tertium, DOLOR de iisdem: quorum primum sese ad illam habet, ut CONDITIO PRÆREQUISITA, secundum, ut ejus RATIO FORMALIS, & tertium, ut illius CONSEQUENS. Ab hoc ultimo, DOLORE scilicet & CONSCIENTIÆ PAVORIBUS, desumpta videtur CONTRITIONIS appellatio, qua Scriptores Ecclesiastici usitate totam peccatorum retractationem indigitant. Sunt enim dolor & conscientie pavores, qui peccatorum agnitionem & displiantiam efficacem comitantur, velut malleus quidam, quo peccatoris cor durum & in malo obfirmatum frangitur & conteritur. Hinc cor hominis, de peccatis admissis jam anxium & sensu iræ divinae territum, dicitur COR CONTRITUM ET CONFRACTUM Ps. LI, 19. & peccatores de peccatis suis anxie dolentes, iramque Dei adversus peccata expavescentes, dicuntur שׁׁבּוּ רֵב CONTRITI, GONFRACCI CORDE Ps. CXLVII, 3. Esa. LXI, 1. c. LXVI, 2. Conf. LVII, 15. XXXVIII, 13. E quibus intelligere est, quomodo ex rei natura emanet, quod digna peccatorum retractatio ipsum de iis dolorem complectatur. Eadem prorsus similiter declarat Systema Scherzerianum. p. 279. 298.

(3) Ne quis sibi persuaserit, anxietalem illam de peccatis dici equidem non ipsam rationem formalem retractationis, sed tantummodo consequens; hoc vero ita fortasse spectari posse, ut separabile sit ab essentia, seu pravi detestatione efficaci: recognoscimus primò, quod supra non prætermissum, Philosophos ipsos Gentiles, naturalis conscientiæ lumine adactos, seriatim apprehen-

VNIVERSALITER NECESSARIA CONVERTENDIS. 17

bensionis mali proprietatem ita necessariam agnovisse morsum animi ac mœrorem, ut nexum utriusque individuum esse norint, nec, quæ forte per ignorantiam erant facta, habuerint ex invitio aliter, nisi accidente doloris testimonio. Quod quidem ex eo valde confirmatur, cum Apostolus Rom. I. docet, non modo palam esse iram Dei e cœlo adversus omnem impietatem & injuriam hominum v. 18. sed etiam jus Dei infidelibus agnatum esse, quod qui mala faciunt, digni morte sint v. 32. ipsorumque cogitationes, actionum conscientias, de opere legis scripto in iis testari, accusantes se se mutuo, aut etiam excusantes c. II. 15. Quòd & indignius judicatur fidelibus Psalmo XC. si non respondeant timore suo ira divinæ tam vehementi, iniquitatibus hominum cumulatae nimis. Quanto autem minus a Convertendis abesse potest timor & tremor, si ipsorum regenitorum proprius existit! Phil. II, 12. Itaque firmiter statuendum, quam alienum est, fieri posse, ut Supremi Numinis irritata ira ingruente mortalis sciens non terreatur, nisi ex divino judicio conscientia motu exutus plane fuerit (qui status esset extraordinarius, neque hujus loci) tam arcte coherere verum peccati & doloris sensum. Quod si etenim non accidentale & separabile quoddam est consequens, quicquid ex formal ratione sicut necessario; sed essentiale, formale & inseparabile, immo ipsa formalis ratio, a posteriori dicta: non potest non dignitatis ejusdem reputari anxia pœnitentiæ indoles. Ea namque est vis & natura displicentia sui & rerum noxiarum, ut quæ talis constringat ac coarctet cor ita serio sentientis atque animali; nec eatenus interquiescere hominem sinat, verum afficiat, lœdat, seu turbet tranquillitatem, angoremque cieat, nunc majorem, nunc minorem, prout causa vel major vel minor apparuerit, neque positis ponendis res secus se habere queat. Quamobrem non nisi inconsiderate nimis affirmabitur, peccatorem dari, qui fistens se coram ipso tribunal Dei, legis maledictionem, culpam & miseriariam suam meditans, sine pavore ad resipiscientiam veram perducatur. Aliud testatur securi etiam Felicis exemplum Aet. XXIV, 25. & Davidis 2. Sam. XXIV, 10. 14. *Vix peccati, est accusare, damnare, mordere, ledere, non relinquere pacem cordi &c. inquit.*

C

LV-

3	21
4	22
5	23
6	24
7	25
8	26
9	27
10	28
11	29
12	30
13	31
14	32
15	33
16	34
17	35
18	36
19	37
20	38
21	39
22	40
23	

LUTHERVS Ps. LI. Tom. IV. Jen. p. 380. Et in Praefatione: *Cognitio peccati non est speculatio aliqua, seu cogitatio, quam animus sibi fingit: sed est verus sensus, vera experientia, & gravissimum certamen cordis; sicut testatur David, cum dicit: Iniquitatem meam ego cognosco, hoc est, sentio, experior.* Id enim Ebraica vox propriè significat: NON SIGNIFICAT, SICUT PAPA DOCUIT, COLLIGERE SE, QUID FECERIS, QUID OMISERIS, sed sentire & experiri intolerabile onus iræ Dei. Et cognitione peccati, est ipse sensus peccati. Et homo peccator, est qui conscientia premitur, & anxius heret, nesciens quo se vertat. Theologus disputat de homine peccatore. Hec hominis substantia est in Theologia, & hoc à Theologo agitur, ut hanc suam naturam peccatis corruptam homo sentiat. Id cum sit, sequitur desperatio, quæ in infernum deiicit. Quid enim homo in conspectu justi Dei faciat, qui seit totam naturam peccato oppressam esse, nec quidquam relictum esse, quo posse nisi, sed simpliciter in nihilum justitie esse redactum. Hec cum in animo sic sentiuntur, tum debet sequi altera pars cognitionis, quæ quoque non speculativa, sed tota practica & sensitiva esse debet, ut homo discat & audiat, quid sit Gratia &c. Ergo necessaria hæc Theologica cognitione est, ut homo se cognoscat, hoc est, ut sciatur, sentiat, & experiatur, quid sit reus peccati & adductus morti. Deinde etiam, ut contrarium sciatur & experiatur, quod Deus sit justificator & redemptor talis hominis, qui sic se cognoscit. Aliorum hominum curam, qui peccata sua non agnoscunt, relinquamus Jureconsultis, Medicis, parentibus. Hi enim alio modo de homine disputant, quam Theologus. FORMALE illud CONSEQUENS, alterutrius affectus, Scriptura exprimit vocabulo Nossæ, quod, iterum observante Lutherò in Ps. Ld. p. 382. in Ebro longe significantius est, quam in aliis linguis. Significat enim sentire & experiri aliquid, quæ sit secundum suam naturam. Eodem modo hic ponitur, Quoniam peccatum meum cognosco: quasi dicat: In eum locum vni, ut tempus sit miserendi & juvandi: sum enim factus ex insensato peccatore, peccator sentiens, qui nunc peccatum & judicium Dei cognosco, hoc est, vero sentio. Porro hic sensus est ipsissima mors nature, nisi per Spiritum Sanctum subjiciantur cogitationes pacis, & cognitionis misericordie Dei. Conf. sup. I. n. 2. §. 3. ad Jer. III. 13.

Deinde, utut quispiam sibi animo effinxerit ita placidam sui emendationem, eamque efficacem duxerit, ut anxietatem de peccatis

VNIVERSALITER NECESSARIA CONVERTENDIS. 19

catis videatur concepto alio affectu evadere: quemadmodum
 Poëta magis temere, quam vere canit: *Justum & tenacem propositi
 virum, si fractus illabatur orbis, Impavidum ferient ruine: sciendum,*
 speciem conversionis illam haud vero consentaneam, sed hypo-
 crisia esse: quæ si effectum aliquem *moralēm* præstare visa fuerit,
 tantum abest, ut vel ipsa, vel iste *spiritualis* ac Christianismi pro-
 prius sit, ut huic potius obstaculo fiat nocentissimo. Quod cum
 ex eo cernatur, si consideres, inanis istiusmodi persuasione uni-
 cam peccati abolendi viam prorsus impediri; hanc ex S. literis
 declaremus, necesse est. Neutiquam vero consistit ea in *nuda re-
 tractatione* peccatorum *actualium* moraliter spirituali, in qua fides
 in Christum cum amore Dei possit existere, ut contritionis anxie-
 tate non opus sit. Tametsi enim haud inficias imus, delicta in
actu posita, (quæ postquam in rem abierunt, non sunt am-
 plius, sed more aliorum actuum fuere transeuntia) in se
 spectata *physice* tolli, h. e. infecta redi, non posse; ve-
 rum omnino retractanda esse *moraliter*, h. e. spirituali
 eorum ex verbo Dei agnitione, detestatione malum proposi-
 tum exterminante, & remissione in Christi merito quærendâ:
 attamen notamus, (α) nec ipsam illam retractationem, sine con-
 terendi seu affligendi animi proprietate, efficacem esse aut ve-
 ram, quæ propositum malum exterminet; ut videbimus porro
 ac modo ostendimus, & vel *Ethnicus* rursum fatetur, sine *eru-
 bescendi* affectu *rem*, ne in moribus quidem naturaliter corri-
 gendis, *salvam* esse. (β) fidem in Christum intempestive atque
 inaniter applicatum iri, quam diu quis nulla alia, quam *actu-
 alia peccata*, agnoscenda putet; quippe qui negligat interea
 vitium, quod per modum *habitūs* inhæret, tum *originale* illud,
 tum sponte contractum: vel si & *habitualia* isthæc moraliter re-
 tractanda existimarit, non negandum id quidem oportere, sed
 pernegandum, fieri posse aliter, ita, ut fidei gratia locum libere
 operandi vincendique obtineat, quam si ad *moralēm* istam ac-
 cesserit *physica*, (quam in genere *supernaturalium* Theologi sic ap-
 pellant) inhærentis pravitatis, seu *corporis peccati infirmatio*, vo-
 cata hoc modo in Scripturis magna emphasi, inhæsivam rati-
 onem

C 2

3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23

onem designante, nec non membrorum, pravorum nempe affectuum, mortificatio, crucifixio, exuitio, depositio. Rom. VI, 6. Col. III, 5. 9. Eph. IV, 22. Gal. V, 24. Sin mature ista contritio ad fidei completæ vivificationem traducta fuerit, ob physicam hanc immutationem, pœnitentia, est diciturque regeneratio. (γ) eandem ipsam corruptæ carnis virium debilitationem effici quidem per idem Verbum Dei, instrumentum illud morale in docendo situm, sed modum operandi non tantum moralem esse, verum multo magis consistere in reali cause efficientis physice ratione influendi; propterea quod verbum DEI, externe sonans vel scriptum, non nudum est tale, at secundatum atq; armatum virtute Spiritus S. tanquam sermo Dei viuentis & manentis in aeternum, semen non corruptibile, sed incorruptibile. 1. Pet. I, 23. quod non minus efficax, quam illud Dei dictum, quo lucem ex tenebris oriri jussit. 2. Cor. IV, 6. Unde est, quod rationis verba, cum Dei verbo comparata, se habeant tanquam paleæ ad triticum; verbumque Dei sit suo modo sicut ignis, & sicut malleus, petram conterens. Jer. XXIII, 29. potentia Dei ad salutem omni credenti. Rom. I, 16. non, quasi objectiva ejus ratio animis humanis ad credendum habeatur congrua, quæ potius stultitia ipsis fuerit; sed quod proxima & adæquat effectus ejus sit causa ipse tractus & efficacia Spiritus Sancti: ut fuse demonstrat Huius manus ad August. Conf. Artic. V. libr. de Auxiliis Gratiæ p. 247. &c. juxta Pauli testimonium 1. Cor. II, 4, 5. firmiter ponentis, veram fidem non fundatam esse in sapientia hominum, sed in Dei potentia. conf. Eph. I, 19, 20. Ex quo pariter efficitur atque illustratur notatum prius utrumq; PRIMVM, qui concedi nequeat, detestationem ullam moraliter-spiritualiter destitui posse doloris sensu, non modo ex parte sui, verum etiam si respexeris coniunctam causam, ex verbo legis, efficacitatem; quæ si non ferri amplius potuerit in facta præterita, eo acrius feriat ac vellicet conscientiam, sauciamque, ut pedagogus ad medicinam quærendam adigit. Quam peccati ac legis vim negare, est Scripturæ Sacrae veritatem negare, sanctissime afferentis. Cor. XV, 56. peccatum, quoad sensum in conscientia, ipsius mortis stimulum esse, qui quomodo non angas? hanc vero peccati potentiam

memoria

C-

tiana

VNIVERSALITER NECESSARIA CONVERTENDIS. 21

tiam esse Legem, seu per legem auditam se exserere, & tantoper quidem, ut si aduersus tantam mortis & inferni oppugnationem victoria per Christum detur, maxima Deo debeatur gratia. Ex quo loco Apostolico ante omnia nobis supponendum, haud consummari verbum illud, *Absorpta est mors in victoriam, ut sine anxia sollicitudine perageretur Renovatio, (nedum Conversio) donec corruptibile induerit incorruptibilitatem, & mortale immortalitatem v.54.* quæ verba diligenter sunt conferenda cum Rom. VI, 12. ubi etiam corpori, quatenus mortali, status hic tribuitur, in quo peccatum, quantumvis superatum, dominium affectet; quod reprimere non liceat modo alio, quam ut ipsum peccati corpus, connatum atque attractum, ipso crucifixionis opere aboleatur, si non penitus, saltem ita, ut ipsi in cupiditatibus ne obtemperantes serviamus. v.6. Quæ quidem peccati abolitio inhasiva ut sola contritione perfici nequit, verum per fideli victoriam est complenda semper; ita ALTERVM notatorum erat, fidei tamen victricis persuasionem irrita fore, nisi antecesserit vera carnis & Spiritus lucta, quâ legis ac mortis Christi virtute sensim infringantur, quæ fidei obstant, carnis dominii vires. Hoc vero quomodo cum retractatione morali ex principiis spiritualibus conveniat, TERTIVM Notatorum edocet. Et ne quis instantium opinetur, Conversionis terminum ad quem, Fidem & Charitatem, a Deo per Evangelii verbum vel moraliter, vel physique, vel utroque modo, effici posse ita, ut terminus à quo, in peccatis habitualibus atque actualibus consistens, statim per oppositos, termini illius ad quem, actus atq; habitus spirituales Evangelicos tollatur: rem ipsam non negamus simpliciter, sed errorem in ordine, ac si statim a fidei & charitatis habitu ordiri liceat, occupamus ac repudiamus; siquidem eo sit, ut ita credendo atque amando, credatur aut ametur vere nihil. Quando concupiscentie varie nō prius lege & morte Christi infirmantur, animi semper disentes, nunquam ad veritatis cognitionem pervenire possunt. 2. Tim. III, 7. ad veritatem, non quatenus doctrinalem, quâ haud carebant; at quatenus actualiter & habitualiter liberantem: ut docet Christus Joh. VIII, 30. de iis ipsis, qui inceperant credere, nondum autē liberis. v.32. cuiusmodi liberatio contrà prædicatur Rom.

-11.08

C 3

VIII,

3
21
22
23
4
26
5
27
6
28
7
29
30
31
9
32
11
33
12
34
13
35
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23

DE CONTRITIONE

22

VIII, 2. Ad quam quòd non pertingant, affulgentem fidei gustum
naëti aliqui, estrarunt, quia eo sibi blandientes resistunt veritatis
efficacia practice, atque hinc fidem amoremq; vel maximè jactan-
tes, reprobi ad fidem permanent. 2. Tim. III, 5. 8. Falluntur enim,
cùm pietatis specie, motibus quibusdam, gaudii, desiderii, amoris-
que simulacris, vim ejusdem metiuntur. ib. v. 5. quam potius men-
tiuntur & abnegant, (ibid.) ipsius libertatem quodammodo pre-
gustantes, & verò in malitia, potenter adhuc reconditæ, velamen per-
vertentes eam, cuius allicientis justum ordinem tam retrorsum,
quàm protinus, sequi oportebat. Non ajo, extorquere; sed, se-
qui. Tam casta est quippe vis nature & gratia, ut utriusque semen,
nisi impediatur, ultrò virtute sua introferatur, ad purum à conte-
rendo impuro separandum, radicemq; intimius firmandam priùs,
quàm ad fruges ipsas tendat; ni malueris quidem, ut te Expe-
ctata seges vanis eludat aristis. Quid desiderabat Christus Luc. IIX.
in auditoribus, de Verbo repente gaudentibus, deinceps autem in
tentatione labentibus? nonne radicem? enim vero hæc in bona
terra non aliter formatur, quàm si audientes sermonem Dei, i-
psum retinent, aptique ad ferendum fructum nascuntur in patien-
tia, quæ à doloribus incipit. Præclarè híc Beza: Notanda est vis vo-
cabuli κατέχουσι, quo significatur, non sine MAGNO CERTAMINE posse
istud bonum semen asservari, luctante carne ac diabolo adversus Spiritum
DEI, novum hospitem & capitalem ipsorum inimicum. Ideò etiam ad-
dit èv ὑπομονῆ, quia nimirum sancti patiendo vincunt. Sed & in-
uno vetusto codice adscribitur πολλῆ, multa. Vocabulum ὑπομονῆ
vi vocis significat submanentiam, illam videlicet, quæ spiritus car-
nem, rationis ac voluntatis, refugientem vel reluctantem su-
bigit, mentemque captivam dicit sub fidei obsequium 2. Cor. X, 5.
quod sine angoribus fieri, quis verè expertus dixerit?. Illud est
τὸ μένεν, quod requirebat Dominus in creditibus, quibus
libertatem nondum tribuebat. Joh. VIII, 31. Quod apud Jaco-
bum c. I, 25. dicitur παραμένειν, perseveranter manere: ubi largi-
tur Apostolus, posse aliquem introspicere in legem ipsius liber-
tatis, tanquam in speculum, non sine gaudii vel amoris moti-
bus; qui tamen, si non permaneat in lucta superior, tanquam
audi-

VNIVERSALITER NECESSARIA CONVERTENDIS. 23

auditor oblivious, non beatus sit. Ad *Hebreos* autem c. IV. præscribitur modus, ut verbum auditum non profuerit, nisi commisceatur, contemperetur fide apud audientes; cuius rei causâ primùm timore sit opus, v. 1, 2. Atqui hoc in credendi opere fermentivo, ut ita loquar, quanta militia spei contra spem apud Convertendos, si ipse Abrahamus dudum justificatus eam sensit! Rom. IV, 18. Quapropter eodem *Hebreorum* loco v. 12. additur hæc verbi, cum fide commiscendi, efficientia: *Vivens est verbum Dei & efficax, & secantius omni gladio ancipiti: & pertingens usque ad divisionem animæ & spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis.* Hinc David ejulabat de angustia, Petrus lachrymabatur. Nec purgatio sit sine separatione, nec separatio, ab ancipiti gladio profecta, sine vulnera, nec vulnus sine dolore. Dixeris: Si admittitur, dari aliquando aliquam spiritus iætificantis gratiam ante contritionem, quid hac opus ad purgandum, & cur ad hoc non illa sufficerit? Responsio est: quoniam gratia illa nondum est, nec esse potest, habitualis, sed prodit se tantum aëribus, allientibus magis, quam vivificantib⁹, sive hi fides, seu charitas, seu spes videantur. Usque adeo quidem id verum est, ut nec denique habitualem gratiam, si peccatis involuntariis imminuta fuerit, sine vero, tametsi non æque anxi⁹, contritionis motu ordinarie renovari posse, contendamus. Rei totius cardo vertitur in mysterio mortis spiritualis, quæ perditæ naturæ sic inhæret, vel dominanter, vel afficienter, ut ei tanquam vita ipsa arrideat Rom. VII, 9. quæ propterea, nisi per aliud mortis genus, quo ei vicissim demoriamur, aboleri nequit. De qua re passim *Lutherus* in Commentario ad *Galatas* legendus, præsertim ad illa Gal. II, 19. *Ego per legem legi mortuus sum, ut Deo vivam: cum Christo crucifixus sum.* Huic etenim necessitatì non solus Moses lege, sed ipse Christus mortis suæ viribus inservit: quibus apud quos, complantando ad mortis ejus similitudinem, con crucifigendo, commoriendo peccatis, & conse pelliendo Rom. VI, 3, 4, 5, 6. Col. II, II, 12. Locus datur, hic transitus simul ad vitam est. Jam vero in ipsa Renovatiōne, fructe sumta, ex uitio & mortificatio, quæ expurgatio pravita-

3
21
23
25
27
29
30
31
32
33
35
37
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73

vitatis est, sit ita, ut *vetus homo crucifigatur, crucifixi membra contundantur, contusus mortificetur, mortificatus sepeliatur, sepultus corruptatur magis magisque.* Rom. VI, 3, 4, 5, 8. 1. Cor. IX, 27. Joh. XIX, 32. observante Scherzero in System. p. 460. morsque semper, ut significatio anxiæ affectionis, locis illis adhibeatur. Quanto igitur magis in Conversione, ubi maritus ille animi pri-
stinus, *lex peccati*, dominio & vita privatur, carnisque & Spiritu-
tus lucta cruditate maximâ primum laborat, mortis proprietati-
bus defungendum est! Quam diu caro non moritur ex spiritu
mortis Jesu Christi, spiritus vitæ in Jesu Christo peccatorem non
liberat; sed Evangelii abusus adulterium est. Rom. VII, 3, 4. &
VIII, 2. *Christus peccati minister redditur Gal. II, 17. Dei gratia trans-
mutatur in lasciviam* Jud. 4. Neque enim quisquam, nisi mortuus
à peccato justificatus erit Rom. VI, 7, 8. *Peccatis mortui, justitiae vi-
vunt.* 1. Pet. II, 24. *Qui passus est cum Christo in carne, destitutus à pec-
cato: quam Christi mentem qui effugiunt, spoliant se ipsius Christi
armaturi, sine qua fides vittoria de mundo non existit.* c. IV, 1, 1. Joh.
V, 4. Accidat initium fidei ante Contritionis certamina penes
hominem lapsum, vel quocunque nomine appelles spiritualiter
affectione voluntatis & gratiae sensum: nisi in passiva infirmitate ad
maturitatem provehatur, non fiet illa completa, neque efficax:
Col. II, 12. sed quantacunque fuerit mensura ejus affusa, in ju-
dicium hypocriseos transibit. Ita,

*Grandia sepe quibus mandavimus hordea fulcis,
Infelix lolium, & steriles dominantur avenæ.*

Quod hic contritionis & fidei successivus ordo in Conversione sit
necessarius, testimonis Theologorum, Chemnitii aliorumque,
optimè confirmavit Beatus noster Bayerus Compend. Post. p. 701. 2.
3. 4. Quod vero non modo in Renovatione, sed etiam in Conversione,
peccati vires infirmentur, & aboleatur eius dominium, sive, ut
*Apologia loquitur suprà, in veris doloribus concupiscentia naturalis
expurgetur:* hoc demonstrat fusè B. Joh. Musæus ex Locis Biblicis
De Convers. Disp. III. c. I. Atque ita ex adductis facilè perspi-
cit, nihil Conversioni magis noxium esse, quam obtainendam
abs.

VNIVERSALITER NECESSARIA CONVERTENDIS. 25

absque Contritionis angoribus nescio quam fidem vel charitatem; tum etiam quod id omne tendit, Contritionem *nexus indissolubili* cohærere cum spiritus efficaci detestatione peccatorum, propter *causarum*, tam *physica*, quam *moralis*, influxum intimum.

5. Eadem doctrina in universo Christi mysterio sic fundatur, ut inde *analogia* sit perpetua inter statum *Exinanitionis* atque *Exaltationis*, & quoad utrumque inter Christum & Christi membra; totumque Evangelii mysterium *Crux Christi* nominetur. Loca primaria, eo spectantia, videntur illa tria: Joh. XII, 24, 25, 26. 2. Cor. XII, 9. Phil. II, 5. -- 12. Neque abs re est, quod I. Pet. I, ii. spiritus Christi in Prophetis dicitur prænunciasse destinatas CHRISTO (*personaliter* & *in corpore mystico*) per pessimes, & gloriam illas consecuturam. Quas incipere apud nos à Pœnitentiæ doloribus, ostendit Paulus Coloss. II, ii, eam *circumcisionem Christi*, *circumcisio nem*, quæ fit *sine manibus*, & *corporis peccatorum carnis exuitionem* vocans, certe, utroq; dicendi modo, non sine designatione anxietatum spiritualium; præsertim cum c. III, 5. ipsa etiam *consequens veteris hominis exurio* sic præcipiatur, ut pravi affectus, tanquam *membra terrestria*, à fidelibus *mortificandi* sint. Omne autem hoc contritionis genus cum iis, quæ Christus est passus, cuius & viribus præstatur illud, uno mysterii commercio frui; magno conver tendorum ac conversorum solatio demonstratur Rom. VI, 3, 4, 5, 6. &c. VIII, 3. 10. 13. 14. 17. 18. &c. Nam, QVI CHRISTI SVNT, CAR NEM CRVCIFIXERVNT CVM AFFECTIBVS ET CONCVPSCENTIIS; Gal. V, 24. vt tandem ille *transfiguret τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως* corpus istius humilitatis nostra, quod corpori ipsius gloriose conforme fiat.

6. Ex reali hac *analogia*, in universo Christi mysterio, ipsius que *reinatura*, superius detecta, fluit ordo Scripturarum, omnibus impositus verè convertendis. Universalis earum parallelismus primum divinæ gratiæ subjectum ponit homines ipso affectu miseros, timentes Deum; ut passim in *Psalmis*, v. c. XXV. & *Prophetis* e.g. Es. LVII, 15. &c. Quo respiciens CHRISTVS negat, opus esse iis, qui valent, medico; sed male se habentibus. Matth. IX, 12. Idem aperit portam, non nisi *angustam*, ac *strictam* viam ad vitam ib. c. VII, 14. nec nisi *abnegantibus*, cum odio, naturalis amoris perversitatem. Luc.

D

XIV.

2	32
3	23
4	24
5	25
6	26
7	27
8	28
9	29
10	30
11	31
12	32
13	33
14	34
15	35
16	36
17	37
18	38
19	39
20	40
21	
22	
23	

DE CONTRITIONE

XIV, 26. *Invitat omnes fatigatos & oneratos, quod non alii ad veniendum, Patremque cum requie agnoscendum, apti sint. Matth. XI, 26, 27, 28.* Atq; ex eodem fundamento *Paulus Hebr. XII, 3. - II. asseverat, nullos à Patre cœlesti recipi, tam Conversionis initio, quam in Renovatione, nisi cum prævia castigatione, cujus omnes, suppositiis solis exceptis, participes fiant.* Loquitur autem de αὐταγωνιζομένοις πρὸς τὴν ἀμαρτίαν, contra peccatum λυῖσθησιν. v. 4. Disciplinam eam dicit tristitiam v. II. & hanc interpretatur 2. Cor. VII, 10, II. ex effectis apud animum satis tristibus: cui divinæ contrariam opponit, quæ hujus mundi est, ita ut isthac mortem naturalem, illa verò secundum Deum tristitia, resipiscientiam (*μετάνοιαν*) efficeretur judicetur. Ex quo loco pariter constat, quod proinde vox μετάνοια Contritionis dolorem à suo sensu neutiquam excludat, verum includens presupponat utique: est enim *μετάνοια* non aliud, quam *μετανέλεσθαι*, pœnitentiæ angore duci Matth. XXI, 29. sed prior vox ista plus exprimit, nimirum de admisso errore sic dole-re, ut corrigas; quod efficacis agnitionis proprium esse, ostendimus supra. Neque verò vel *Salomon Eccl. XI, 10.* agens de removenda tristitia, divinam illam, sed cum ipso Apostolo eam abjicit, quæ hujus mundi est. Denique haud abscondendus hac in re, *Syracides*, quantumvis *Apocryphus*, viam unicam ad Sapientiam, in Vet. & Nov. Testamento eandem, commendans ita c. IV, 18. *Initio distorte ambulat cum homine: timorem vero & metum adducet super eum, & cruciabit eum per disciplinam suam; usque dum crediderit anima ipsius, & tentaverit eum in iustificationibus suis.* Sed iterum redibit secundum rectitudinem ad ipsum, & latifaciat eum, & revelabit ipse occulta sua.

7. Cum non liceat hac vice pluribus institutum prosequi, notatu adhuc potissimum digna sequentibus complectamur observationibus.

(1) De Contritionis necessitate censendum ex fine, qui est vera paupertas spiritus, seu ipso agnitus spiritu, qua posita, accedit alter, ipsum ea affectorum proprium regnum cœlorum. Matth. V, 3. XI, 25. Nam ordo Evangelii prædicandi apertus est, gratiam Dei annunciare; quæ quidem ne à carne in velamentum malitiæ trahatur,

revo-

VNIVERSALITER NECESSARIA CONVERTENDIS. 27

revocandæ sunt mentes ad meditandum *judicium Dei*, istamq; exēcrandam & abolendam, atque ita amplectendam misericordiam. Act. XVII, 30, 31. Rom. I, 18. III, 19. XI, 32. Scilicet, cum Judæi abuterentur gratia, *subintravit lex*, ut *augeretur peccatum agnoscendum*; ut, ubi peccatum vera agnitione auctum esset, *superabundaret gratia*. Rom. V, 20. Nihil ergo à veritate abest longius, quam assiduum timorem servilem statuendum esse necessarium. Rom. VIII, 15. Quicquid enim necesse est *vulneris*, unice in servit medicina applicandæ, obtinendæque *justitiae*, *paci* & *gaudio in Spiritu S.* quod minime impediendum, utpote quod solidum ac solum intenditur. Hoc tum conservatur ex Evangelicis *promissionibus*; at sane haud aliter, quam in *timore Dei*, in quo spiritus adoptionis filios purgat ab omni inquinamento carnis ac Spiritus. 2. Cor. VI, 18. VII, 1. Quod quomodo cum temptationibus fiat, scite exponit *Apol.* p. 134. & *Luth.* in *PLI*. art. X. Ubi hic ipse Contritionem ex fine sic dijudicat: *Contritum & humiliatum dicit, non feste, sed revera committutum, quod præ desperatione quasi moritur. Tale cor, inquit, tu non odisti, sicut nos somniamus, sed accipis cum voluntate.* Videmus igitur, nostram Theologiam esse Verbum Vita & justitiae, quia pugnat & erigit contra Peccatum & mortem, nec etiam potest exerceri, nisi in peccato & infirmitate: est quoq; verbum latitiae, cuius virtus non potest conspiciri, nisi in tristitia & afflictionibus. At nos sic sumus, ut optemus quidem verbum Vita & latitiae habere; sed temptationes mortis & tristitiae optamus abesse, Belli prosector & svaves Theologi. Discendum igitur est, quod in media morte, in morsu & pavoribus conscientie, in medio dentium Diabolii & inferni versandum sit Christiano, & tamen verbum Gratiae retinendum, ut dicamus in talibus pavoribus: Tu Domine faves mihi, quia scriptum est, Deum non aliud sacrificium gratius habere, quam contritum cor, nec aliud acceptius sacerdotium, quam quo offeruntur humiliata corda.

(2) Machinationes Satanae, circa Contritionem nunc ad desperandum, nunc ad presumendum, inducentis, non ignoranda, sed evitanda, ne superemur ab eo. 2. Cor. II, 10, 11. In utramque partem hosti aditum præbet naturæ corruptio, per quam ille tristitiae divinæ admiscere naturalem mortorem, vel eam, quæ secundum

D 2

Deum


20	21
22	23
24	25
26	27
28	29
30	31
32	33
34	35
36	37
38	39
40	41
42	43
44	45
46	47
48	49
50	51
52	53
54	55
56	57
58	59
60	61
62	63
64	65
66	67
68	69
70	71
72	73
74	75
76	77
78	79
80	81
82	83
84	85
86	87
88	89
90	91
92	93
94	95
96	97
98	99
100	101


Deum est necessaria, sanguinis mobilitate intercludere molitur.
Sunt ex veris fidelibus, qui contritionis sensum querere solent,
quem dudum ipsa temperatum fide, & dolis experte (Ps. XXXII, 2.) solicitudine se
exserentem, intimè fovent; ut S. Dorotheus ille, aperte docens, se cogitatione hac
pressum, at virtutis sim & potentiam nesciisse. Alii, anxietatem sentientes, de
hujus veritate hastant: quam si non ex doloris magnitudine, firmissime ex odio
peccatorum durante, & humili pudore coram Deo, quemadmodum ignem e motu,
cognitam habere possint. Ps. XXXVIII, 6. 10. 19. Quos quidem utrosque fidelis
Deus non sinet tentari supra quod potuerint. 1. Cor. X, 13; ipsi autem nunquam
negligendus est maturus legis terminus, atque usus Evangelii: de quo tradit p̄
clarissima B. Lutherus, sua experientiâ adductus, in Commentario super Epist. ad Galat.
locis quam plurimis. At vero majori in periculo versantur, qui insidiis Diabolis
a Contritione abstrahuntur eō, ut eā non opus esse existiment, vel quod Deus
alios aliter vocet, vel quod naturarum varietas variet Conversionis viam. Quod
utrumque autem adversus dolorem de peccatis si adhibeatur, a vero nimium aber-
rat: quandoquidem lucte illius necessitas in principiis universo communibus fun-
datur, ut suprà vidimus. Plausibilis hujusmodi opiniones videntur heritates in pu-
blico, in abscondito autem sunt mendacia. Sed oportet adesse heritatem & sapientiam
illam occultam (Ps. LI, 8. 1. Cor. II, 7.) ut confiteamur nos esse peccatores, & tamen
erigamus nos iterum, cum mors, conscientia, & sagittæ Diaboli sentiuntur:
verba sunt iterum Lutheri in Psalmum sepe laudatum art. VII. Et art. IX. de differ-
entia modi & graduum, nec minus manente rei necessitate: Non omnes easdem tem-
tationes patiuntur, sed dat Deus ista secundum quod singuli ea ferre possunt. Et
tamen NECESSA EST, hunc sensum legis & mortis experiri OMNES, utcunque
alii plus, alii minorem experiantur: quidam in ultimo articulo vita tandem eam
sentient. Gemina vidēsis in Postill. ejus Eccles. Concione in Meditationem S.
Passionis Christi, habita ad diem hujus memoriae sacram.

(3) Scite monent Patres, Augustinus, Hieronymus, Concionum præstantiam
 non ex laudibus Auditorum, sed ipsorum lacrymis agnoscendam esse. Quo ipso te-
 stantur, quam fideliter curanda sit divina contritio, tanquam vera cordis passio, &
 sensus mortis: ut sic incipiat vera paenitentia, quā omnes eos, inquit Lutherus, a-
 lios fieri oportet. Artic. Smalcald., p.320. Ejusdem Concio modò adducta, & tota
Apologia Aug. Confess. testimonii ejusmodi abundans, commendanda. Verbi Min-
 istris atque cultoribus, exempli loco, secundum quod *Confessiones* audiant ac concio-
 nentur. Præter superiora cetera, lectu dignissima sunt, que leguntur ibi Art. VI, de
Confessione & Satisfactione: quibus sat ponderatis, de *Contritionis* necessitate, in
Conversione & Renovatione, dubium restabit nullum sinceris mentibus. Qui verò
 tam leviter de Penitentiâ sentiunt, ut temerè contenti sint verbis fatentium se pec-
 catores, quamvis hi ne *Attritionem* quidem Pontificiam afferant; ne ipse contritio-
 nem sibi attrahant æternam, viderint. MORS TUA, CHRISTE, nos con-
 terat, ut TUA nos bñficiet RESURRECTIO!

FINIS.

XXXII/2021







ORTE HEROD. AGRIP. CONSENSV XVII

§. X.

alienum ab hac disputatione, nec ingratum quibusdam speramus fore, si de fune, insectus est bubo, quaedam obiter dicamus, cum eam rem, et ab Iosephi interpretab iis, qui, in hoc eius loco cum Lucae componendo, laborarunt, pratermissam

Vnde ergo funis in theatro? non, qui, endo demittendoue, scena conspectum vel vel auferret, de quo nil attinet dicere, sed, iggestum et caput regis tenderetur? Nempe, Q. Catuli iunioris temporibus institutum e, vt funibus, mira arte, si non super theatrum, vel amphitheatrum, tamen super apita spectatorum, vela tenderentur, vt ii, bus in theatris, saepe per maximam diei partes, a solis ardore defenserentur, et, sub rum, iucundius salubriusque ludos spectacuus est Lucretii locus Lib. IV, 73.

ulgo faciunt id lutea, russaque vela,
ruginia, cum, magnis intenta theatris,
natos vulgata trabeisque, trementia fluant.

em classicus locus est Plinii Hist. Nat. XIX, 1.
n paucos annos Romae, in summo Coliseo
n Amphitheatro Veronensi, eius rei, cuius
C cetero-